



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Commemoratione Fidelium Defunctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

IN COMMEMORATIONE  
FIDELIUM DEFUNCTORUM.

1.

*Mortui audient vocem Filii DEI.* *Ioann.* *5.*

Non in illo solum extremi judicij die, sed eodem momento, quo fuerint mortui, audient Christi sententiam de anima sua: abibit haec protinus vel ad cælum, si in vita se à peccatis purgaverit; vel ad infernum, si impoenitens decesserit: vel ad purgatorium, ut residuos defectus expurget; quo in loco licet certa sit beatitudinis spes, ejusdem tamen diuturna exspectatio accidit animæ dolorosissima, *Mense III. Disc. 67. pag. 125. usque ad num. 11.*

2.

*Mortui audient vocem Filii DEI.*  
*Joann. 5.*

Auditâ Christi sententiâ animæ ad ignem purgatorium missæ sic patientur, ut semetiphas adjuvare nullo modo possint: excitet ergo nos ad succurrendum illis earum necessitas, & nostra utilitas. *Mense III. Disc. 67. pag. 141. à num. 11. ad finem.*

3.

3.

*Qui audierint, vivent. Joan. 5.*

Plurimūm nostrā interest , avidē audire & alacriter exequi vocem inspirantis Dei , præfertim cùm nos à venialibus peccatis avocat : hanc audientes vivemus & perseverabimus in gratia , divinis solatiis fruemur , auxiliis adjuvabimur. Secus facientibus Deus tam auxilia , quām solatia subtrahet , quod videmus in animabus , propter venialia patientibus. Ne ergo in easdem pœnas incidamus , consideremus damna venialium peccatorum , maximè subtractionem consolationum & specialium gratiarum. *Mense IV. Disc. 106. pag. 250. usque ad num. 12.*

4.

*Audient vocem Filii Dei. Joan. 5.*

Qui in gratia Dei decedunt è vivis , securi sunt beatitudinis suæ : at non statim omnes illam possidebunt , sed mundandi sunt à peccatorum reliquiis per ignem ; quia nihil immunandum vel coinquinatum introibit in regnum Dei. Hæc , licet temporanea tantùm à regno Dei exclusio , pœna est acerbissima , ex cuius consideratione discas peccati venialis horrorem , & in animas misericordiam. *Mense IV. Disc. 106. pag. 265. à num. 12. usque ad finem.*